Ecclesia Tzoruli

In Notitia veteri graeca episcopalis
provinciae Europae sedes est Tzorulus
vel Tzorullus, ὁ Τζορόλλου. In ea quae
Leonis Imp dicitur alibique Tzurulloe,
Τζουρουλλόη, ὁ Τζουρούλλου. In recentiori Philip-
pi Cypri unus episcopus est Sergentzae,
de qua mox, et Tzurolloes. Posita urbs
erat ad fluvium, qui ut fertur in vit.
S. Alexandri martyris tredecim mil.
Drusi para distabat. Forsan hodie Cio-
rlo dicitur medio fere itinere inter
Constantinopolim et Hadrianopolim
episcopi [illegible]
I Sisinnius. In [illegible] synodo sedit
et subscripsit Σι. ὁ Τζ. Σισ. [illegible]
ερ[illegible] (879 ex)
II Basilius In Octava synodo B. ~~refe~~ nuper
recordatae ... e Zuruli, qui dudum ab
propria sede antea a S. Ignatio, vel etiam a S.
Methodio ordinatus fuerat. Ipse vero su-
spicione interfuisse quoque legitur sub-
scripsisseque Photii synodo sub Joanne
Papa VIII. Β. Τζουρουλοῦ, Β. Τζορόλλου
III ××× In synodo Hieremiae patri-
archae II de abolenda simonia se-
debat episcopus Zuruli, ὁ Τζορόλλου. Tur-
co-gr lib 2 p 179.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

IV Theonas. Monito Metrophanis patriarchae ad metropolitam Naupliae qui repetundarum reus agebatur, dato mense Febr. ind. VIII anno 1579 subscripsit Theonas Π et Patrii, ... ἐπ
~~ἄρους~~
ὄρους (emend. Ὀρωρσόν); ... Turco gr. pag. 287

Ecclesia Sergentzae

provinciae Europae cum sit Sergentza in Notitia Leonis ... sed aliae nobis incomperta, ὁ Σεργέντζης ac quidem Sergentza nomen ... redolet. In Turco Graec. pag. 295 ... iterato De Translationibus episcoporum, Athyrae episcopus Sergentzae episcopatum accepit sub Michaele patriarcha simul utramque recturus, ut conjicio, ὁ ἐπίσκοπος Ἀθύρας ἔλαβε τὴν Σεργέντζην.
In Notitia Philippi Cyprii idem, ut praedictum est, episcopus est Sergentzae et Τζουρουλόης

Epis. Serg.

I. Joannes. Inter episcopos synodi Photianae sub Joanne Papa VIII Joannes Sergentzii sedebat, Ἰωάννης Σεργέντζης.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ